

put, qualem te esse alii existimant?
Gry. Nobilem, & generose infor-
matum, atque institutum. *Fle.*
Nimium durus es: nihilne domi
audivisti de animo, de probitate,
de modestia, de moderatione? *Gry.*
In templo, nonnunquam audi-
vi de concionatoribus. *Fle.* Cum illa
abs te vident occurrentes fieri, iu-
dicant te esse adolescentem mo-
destum, probum, bene de ipsis
iudicantem, de te autem modera-
te, qua ex opinione nascitur be-
nevolentia, & favor. *Gry.* Expli-
catius id, quæso. *Fle.* Huc per-
tinet mea ratio: si te homines
existimarent adeo superbum, ut
si omnes contemneres præ te, nu-
dare tamen caput, & genuflecte-
re, non quod ipsis is honor de-
beatur, sed quod te deceat: pu-
tas te ullum fore, qui tibi habe-
ret gratiam, aut te de honoris
illa falsa simulatione diligeret? *Gr.*
Quid ni? *Fle.* Quia id tu tibi
præstas, & tua gratia facis, non
illorum: quis enim indicabit se
devinctum tibi de eo, quod pro
te

te ipso feceris , non pro se ? an
 ego honorem eum velut mihi im-
 pensum accipiam , quem tu tribuis
 opinioni de te , non meis meritis?
Gr. Ita videtur. *Fle.* Ergo paratur
 benevolentia , si illi credant sibi
 honorem illum dari , non ut tu
 habearis comior , ac nobilior : is-
 tud vero non fiet , nisi eam de te
 induant opinionem , quod tu illos
 esse potiores ducas te , & dignos
 quibus tu concedas. *Cerg.* At non
 est ita tamen. *Fle.* Quantumcum-
 que hoc sit falsum , in eo tamen
 necesse est eos falli , alioqui num-
 quam consequeris , quod tanto-
 pere expetis. *Gr.* Quæ igitur erit
 persuadendi via ? *Fle.* Facilis , mo-
 do animum sedulo advertas. *Gr.*
 Profer , quæso , nam ea de causa
 huc sum missus , & eris semper in
 nostra clientela. *Fle.* Nimis cru-
 dum est hoc pomum. *Gr.* Quid
 tu mussas ? *Fle.* Dico viam esse
 unicam : si sis talis , qualem te
 credi cupis. *Gr.* Qui istuc ? *Fle.*
 Si vis aliquid calfacere , affers fic-
 tum ignem ? *Gr.* Non , sed verum.

Fle. Si scindere, an pictum in tela gladium? *Gr.* Non, sed ferreum. *Fle.* Non est igitur eadem vis rerum verarum, quæ fictarum? *Gry.* Apparet non esse. *Fle.* Nec tu idem efficies simulata moderatione, quod vera: nam falsa ipsa se aliquando produnt: vera semper sunt eadem. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publice, aut privatim, cum tibi excides, (neque enim semper te, & ubique poteris observare) unde fictus deprehendaris; & quantum prius ignotus diligebare, tantum postea cognitus sis odio, & longe plus. *Gr.* Quomodo ego mihi ipse indicam germanam illam animi moderationem, quam tu præcipis? *Fle.* Si persuaseris tibi, id quod res habet, alios esse meliores te. *Gorg.* Meliores vero? ubi tandem? in cælo, credo: nam in terra pares sunt paucissimi, melior nemo. *Gr.* Sic audiui sæpe de patre, & patruo. *Fle.* Multum abducit vos à cogitatione veri, nominum ignorantia. Quid tu vocas
bo.

bonum ? ut sciamus, num sit aliquis te melior. *Gr.* Quid ego scio, quid sit bonum ? ex bonis esse progenitum. *Ite.* Ignoras etiam num, quid sit BONUM : & iam tenes, quid sit. *Mel.* Quomodo pervenisti ad comparativa, cum nondum positiva didiceris ? ipsos autem tuos progenitores quomodo scis fuisse bonos ? qua tu id nota cognoscis ? *Gr.* Quid ? negas tu fuisse illos bonos ? *Fle.* Non novi illos, quomodo de illorum bonitate possum aliquid in alterutram partem statuere ? quæro modo qua ratione assequaris tu fuisse illos bonos ? *Gr.* Quia ita omnes prædicant, sed quorsum, rogo te, pertinent tam molestæ interrogationes ? *Fle.* Non sunt molestæ, sed necessariæ, ut accipias, quod ex me sciscitaris. *Gr.* Confer, quæso te, in pauca. *Fle.* Multis esset id explicandum, cuius tam crassa ignorantia involveris : sed, quando ita es fastidiosus, dicam brevius, quam res tanta dici postulat : defige iam oculos tuos in me, dum dissero. Qui sunt dicendi eru-

diti? an non ii, qui habent erudi-
 tionem? qui opulenti? an non qui
 habent opes? *Gr.* Indubie. *Fle.* Quid
 ergo boni? num non ii demum,
 qui habent bona? *Gr.* Ita plane. *Flex.*
 Missas nunc divitias faciamus, quæ
 non sunt vera bona: quæ si essent,
 multi patre tuo invenirentur melio-
 res, & negotiatores, ac fœnerato-
 res præstarent bonitate viros bonos,
 & sapientes. *Gr.* Sic videtur, ut di-
 cis. *Flex.* Expende ergo attente, ac
 diligenter singula eorum, quæ re-
 feram: an non est bonum, acutum
 ingenium, sagax, maturum iudi-
 cium, integrum, sanum, tum eru-
 ditio varia, & magnarum rerum,
 atque utilium prudentia, exercita-
 tio in rebus præstantibus, consilium,
 dexteritas in exequendis negotiis:
 quid tu de istis? *Gr.* Vel sola nomi-
 na videntur mihi pulchra profecto,
 & magnifica, quanto magis res ip-
 sæ? *Flex.* Age porro quid sapientia,
 quid religio, pietas in Deum, in
 patriam, parentes, necessarios, ius-
 titia, temperantia, liberalitas, mag-
 nanimitas, contemptus casuum hu-
 ma-

manorum, & fortis animus in adversis: quid vero ista? *Gr.* Praestantissima etiam hæc. *Flex.* Hæc sola sunt hominis bona: nam reliqua omnia, quæ commemorari possint, bonis, & malis sunt communia, atque ea de causa nec bona: quæso manda sedulo memoriæ. *Gr.* Faciam. *Flex.* Pervelim: nam ingenium tuum non malum est, sed non bene excultum. Reputa igitur cum animo tuo, an tu hæc habeas: & si habes, quam pauca, & ea quam tenuiter, quod tibi examinaveris acute, ac subtiliter, intelliges tum demum, te non magnis, nec multis esse bonis ornatum, ac instructum, nec esse in populo, qui pauciora habeat, quam tu. Nam in multitudine alii sunt senes, vident, atque audierunt multa, habent experimenta rerum plurimarum: alii studiosi, qui ingenium discendo exacuunt, & expoliunt: alii capeffunt Rempublicam; alii libenter, & diligenter versant scriptores profuturos: alii sunt seduli patres familias: alii alias artes pro-

fitentur, & præstant: vel ipsi agricolæ, quam multa ex arcanis naturæ tenent? nautæ vero, cursum dierum, & noctium, naturam ventorum, positus terrarum, & maris: alii ex multitudine sunt viri sacri, & religiosi, qui numen pie venerantur, ac colunt: alii res prosperas moderate rexerunt, & fortiter pertulerunt adversas: quid horum tu nosti? quid exerces? quid præstas? nihil omnino, præterquam illud:

Nemo est melior me, bono sum genere natus.

Qui potes esse melior, qui nondum es bonus? nec pater tuus, nec avitui, aut proavi fuerunt boni, nisi hæc habuerunt, quæ recensui: quæ an habuerint, tu videris: ego multum dubito. Sed si habuerunt, tu certe non eris bonus, nisi illorum fias similis. *Gr.* Plane terruisti, & pudefecisti me: non invenio quod possim, vel hiscere in contrarium. *Gr.* Nihil horum intellexi, tenebras mihi offudisti ante oculos. *Fle.* Nimirum venis ad hæc nimis durus.

& longe diversis opinionibus infectus, & mancipatus. Sed tu adolescens, quo te nunc tandem nomine censes appellandum? dominum, an mancipium? *Gry.* Mancipium: nam si ita est, ut differuisti, & intelligo, nihil esse verius, complures sunt servi multo potiores, ac præstantiores me. *Flex.* Hæc ne leviter degustes, confer te domum, & solus tecum revolve, excute, perpende: quo magis versaveris, hæc veriora, & certiora esse intelliges. *Gry.* Obsecro te, adijce alia, si qua habes: nam momento horæ sentio me adeo immutatum, ut prorsum videar mihi iam esse alius. *Fle.* Utinam contigerit tibi, quod Polæmoni Philosopho. *Cry.* Quid illi contigit? *Fle.* Una Xenocratis oratione ex nequissimo, & perditissimo factus est sapientiæ, ac virtutum omnium studiosissimus, evasitque magni nominis philosophus, & Xenocratis in Academia successor. Sed tu, mi fili, ubi aperte cognoveris, quantum tibi ad bonitatem desit, quod aliis mul-

multis superest: vere, & ex animo cedes aliis: & in eis honorabis bonitatem, qua vides illos ornatos, te autem carere. Iam, & ex reputatione tui ipsius vilesces tibi, ac fordebis, adeo ut nemini occurras tam abiecto, contemptoque, quem non tibi anteponat conscientia tuæ mentis: non enim adduci poteris, ut credas quemquam esse peiorem te, nisi quod illius malitia, & nequitia protulit se foras, tua delitescit cautius. *Gry.* Quid tum sequetur? *Fle.* Hæc si feceris, veram ipsam solidamque ingenuam educationem, atque urbanitatem, seu ut nunc loquimur, aulicitatem assequere, eris gratus, & charus omnibus. Sed id non iam magnifacies: eris autem quod unice tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

1 * *Varro Flexibula.* 2 *Villato,*
quod vulgo rizado vocant. 3 *Diog.*
in eius vita, lib. 4.

PRÆCEPTA EDUCATIONIS.

Eudæus, Grympherantes.

QUænam est istæc tanta, & tam subita mutatio? *inter* Ovidii Metamorphoses posset referri. *Gr.* In peius ne, an in melius? *Bud.* In melius, mea sententia: siquidem ab exteriori cultu, gestu, verbis, actionibus, bonam mentem licet æstimare, ac colligere. *Gr.* Est ergo, quod mihi possis gratulari, sodalis iucundissime. *Bud.* Ego vero, & gratulor tibi, & ut pergas, exhortor: magnaue in dies bonæ istius frugis, ut capias incrementa, Deum, ac divos omnes comprecor. Sed amabo, ne inideas familiari tam charo artem adeo præstantem, ac præclaram, quæ brevi tempore tantum humano pectori probitatis instillet. *Gr.* Ars, & fons rivi huius uberrimus est Flexibulus, si eum nosti. *Bud.* Quis non norit virum,

rum, ut à patre, & maioribus natu audiui, ingentis prudentiæ, atque usus rerum, huic civitati non notum modo, sed charum, & in paucis venerabilem? O te felicem, qui illum propius audiveris, & sis cum eo familiariter versatus, unde tantum retuleris fructus ad rectam compositionem morum. *Gr.* Quanto tu felicior, cui hæc domi nascuntur, quod aiunt? & potes non semel, aut iterum ut ego, sed quotidie, quoties libuerit, talem patrem audire, maximis, & utilissimis de rebus sapienter differentem. *Bud.* Omitte nunc ista: de te, & Flexibulo procedat sermo institutus. *Gr.* Taceamus igitur de patre tuo, quando ita est tibi cordi: redeamus ad Flexibulum: nihil viri illius sermone dulcius, nihil consiliis cordatius, nihil præceptis gravius, prudentius, sanctius. Itaque gustu hoc, quem mihi ille de se præbuit, aucta, & incensa est mihi mirum-immodum sitis hauriendi ex tam dulci fonte sapientiæ. Narrant, qui orbem ter-

rarium describunt, fontes I esse admirabilis ingenii, ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatem tollere, alios stuporem immittere, alios somnum: fontem hunc hanc ego vim habere sum expertus, ut ex bruto efficiat hominem, ex perditto, & nequam, frugi, ex homine Angelum. *Bud.* Possemne, & ego ex eodem fonte aliquid, vel extremis labris delibare? *Gry.* Quidni possis? domum tibi, ubi habitet, monstrabo. *Bud.* Istuc quidem alias: tu vero inter decambulandum, (aut assideamus, si lubet,) aliquot mihi refer ex illius præceptionibus, quas optimas esse, & potissimas censeas. *Gry.* Equidem recensebo lubens, cum, ut tibi gratificer, & prosum, si queam: tum ad meam recordationem. Primum omnium docuit me debere unumquemque non magnifice de se sentire, sed moderate, seu verius demisse: hoc esse optime educationis, ac vere comitatis solidum fundamentum, ac proprium: hinc navare operam, ut animum ex-

colat , atque exornet cognitione rerum , scientia , & exercitamentis virtutum : alioqui hominem non hominem esse , sed pecus : rebus sacris interesse cum maxima attentione , & reverentia. Quidquid illic sive audias , seu videas , existimare magnum , admirabile , divinum , & quæ captum tuum exuperent. Crebro te CHRISTO commendare precibus , in illo spem , & fiduciam tuam omnem collocandam. Parentibus obsequentem te præbere , inservire illis , ministrare , & quacumque valeas commodare , prodesse , adjuvare. Magistrum colere , ac diligere tanquam parentem , non corporis , sed (quod amplius est) mentis. Sacerdotes Domini revereri , illorumque doctrinæ audientem se exhibere , qui referunt nobis personam Apostolorum , atque adeo Domini ipsius. Senibus assurgendum , caput nudandum , attente illos auscultandum , à quibus obdiutinum usum rerum collecta sit prudentia. Magistratus honorare ,
illif-

illisque aliquid imperantibus dicto
esse audientem, quibus cura nos-
tri à Deo est commissa. Viros mag-
ni ingenii, magnæ eruditionis, pro-
bos suspicere, admirari, colere, be-
ne illis cupere, & amicitiam illo-
rum, ac familiaritatem expetere,
ex qua magni fructus reportentur:
& is potissimum, ut similes eo-
rum evadamus. Denique iis, qui
sunt in dignitate, deberi reveren-
tiam: idcirco impendendam esse li-
beraliter, ac libenter. Quid tu de
hiscæ præceptis dicis *Bud.* Mea qui-
dem sententia deprompta esse ex
divite quodam prudentiæ promp-
tuario. Sed dic mihi, an non sunt
multi ad dignitatem evecti homi-
nes indignissimi, velut sacerdotes
non respondentes tanto titulo, &
magistratus pravi, & senes stulti,
ac deliri? quid quæso de his sen-
tiebat *Flexibulus*? an eodem esse
honore prosequendos, quo potio-
res? *Gry.* Non ignorabat *Flexibu-*
lus, esse tales non paucos: sed
non concedebat ætati nostræ, ut
nos inter eiusmodi, & alios po-
ne-

neremus discrimen: nondum tantum esse nactos nos, vel ingenii, vel prudentiae, ut id possimus diiudicare: eam censuram, & sapientibus esse viris relinquendam, & iis, quibus illorum est regimen commissum. *Bud.* Recte hoc quidem, ut videtur. *Gry.* Addebat, non debere adolescentem in nudando capite lentum esse, non inflectendo genu, non in uno quoque honorifice appellando, non in comi sermone, ac moderato. Non decere multum loqui apud maiores natu, aut superiores: id enim alienum esse à reverentia illis debita: sed tacitum illos auscultare, & ab eis haurire prudentiam, cognitionem rerum variarum, rectam, atque expeditam loquendi rationem. Brevissima est ad scientiam via audiendi diligentia. Prudentis, & ingeniosi esse de rebus iudicare, unicuiusque, de eo quod probe novit. Ideoque negabat ferendum esse adolescentem, ad pronuncian- dum, ac definiendum proclivem: debere illum in statuendo, aut iu-
di-

dicando, de re quantumcumque
levi, ac exigua, esse cunctabun-
dum, seu potius timidum, conf-
cium videlicet suæ ignorantia.
Quod si in iudicio de re quali-
bet, par est adolescentem esse ta-
lem, quid fiet de litteris, de dis-
ciplinis, de legibus patriis, de riti-
bus, de moribus, atque institu-
tis maiorum? de quibus non so-
lum sententiam ferre iuvenem, sed
nec disputare, aut vocare in quæ-
tionem sinebat Flexibulus: non ca-
villari, non rationem reposcere,
sed tacite ac modeste obtempera-
re: quod dictum, Platonis 2 auc-
toritate fulciebat, magni in sa-
pientia viri. *Bud.* Quid, si sunt le-
ges, aut mores pravi, iniqui, ty-
rannici? *Gry.* Idem, & de hoc
Flexibulus differebat, quod de se-
nibus. Non ignoro equidem, aie-
bat ille, multos esse receptos in
civitate mores parum probabiles,
sanctas esse leges aliquas, aliquas
iniquas: sed tu, imperitus, inex-
pertus rerum vitæ quomodo id
censebis? nondum eo pervenisti
eru-

eruditione, & usu rerum, ut de eo possis statuere: fortasse, quæ tua est ignorantia, vel animi libido, improbas esse leges iudicabis, quæ sint rectissimæ, & magno consilio statutæ: rursus vero optimas, quas iustum esset abrogare: sine illos de iis inquirere, disputare, definire, qui causam querunt de singulis probabilem reddere: tu id non posses. *Bud.* Ita est plane. Perge ad alia. *Gr.* Nullum esse decentius, aut gratiosius adolescenti ornamentum, quam verecundiam. 3 Nihil impudentia tætrius, aut invisius. Magnum esse ætati nostræ ab ira periculum: ab ea nos ad turpes actiones corripit, quarum paullo post gravissime pæniteat. Multum itaque esse cum illa luctandum, quoad omnino prosteratur, ne nos ipsa prosterat. Otiosus homo, saxum: male occupatus, bellua: bene occupatus, vere homo. Homines, nihil agendo, male agere discunt. Cibum, & potum metiendum naturali desiderio famis, aut sitis,

non

non gulositate, aut pecunia, libidine infarciendi corporis. Quid potest dici tatrius, quam hominem ea ingerere in suum corpus, edendo, & bibendo, quæ exuant illum humana conditione, transferant in belluinam, aut etiam in stipitem? Compositio oris, & cuncti corporis, quemadmodum animus sit intus habitus, loquitur. Sed ex universa exteriori facie nullum animi speculum aiebat esse certius, quam oculos: 4 ideoque convenire illos esse sedatos, & quietos, non elatos, nec deiectos, non mobiles, sed nec rigentes: faciem ipsam non in torvitatem, nec ferociam compositam, sed ad hilaritatem, atque affabilitatem. Sordes, & obscenitates abesse decet à vestitu, victu, convictu, sermone. Sermonem nostrum nec arrogantem, ac pavidum, nec vicissim abiectum, & effœminatum volebat esse: simplicem autem, & minime captiosum, non detortum ad pravas interpretationes: nam id si fiat, nihil erit tutum lo-

loqui, & frangitur generosa lo-
quendi indoles stultis, ac ineptis
cavillis. Manus, cum verba faci-
mus, non iactandas, non caput
quatiendum, non crispandum la-
tus, non vultum corrugandum,
& distorquendum, non pedes agi-
tandos. Mendacio nihil dicebat ef-
se tætrius, nec aliud æque abo-
minabatur. Intemperantia facit
nos belluas, mendacium diabolos,
veritas semideos: à Deo natam
esse veritatem, à diabolo men-
dacium: nec est aliud ad vitæ
communione perinde damno-
sum. Multo iustius debere ab
hominum consortio pelli menda-
cem, quam qui est furatus, aut
qui aliquem pulsavit, aut qui
adulteravit nummum. Quæ enim
esse potest vel rerum, ac ne-
gotiorum contractio, vel con-
sociatio sermonum cum eo, qui
aliud loquitur, aliud sentit? cum
reliquis vitiorum generibus esse
potest aliqua, cum hoc nulla.
De sodalibus, & amicitiiis ado-
lescentum multum ille loque-
ba-

batur, & accuratè, non exiguum id esse momentum ad probitatem, aut flagitia nostræ ætatis: transire ad nos amicorum nostrorum, & sodalium mores tamquam contagia: & tales nos fere fieri, quales ii sint, quibuscum versemur: idcirco eam in rem magnam esse diligentiam, atque operam navandam. Nec permittebat nobis, ut ipsi amicitias, & familiaritates diligeremus; sed ut à parentibus, aut magistris, aut educatoribus nostris delectas, & traditas acciperemus, & coleremus: illos ratione duci in eligendo; nos autem rapi prava animi aliqua cupiditate, vel libidine: quod si quo casu in necessitudines inciderimus inutiles, aut noxias, à superiore auctoritate admonitos, abicere illas quam primum oportere. Dicebat ille quidem cum alia per multa, magna sane, atque admirabilia, tum hæc ipsa diffusius, & exactius. Sed hæc erat

M

pro-

- 1 *Pli.* 2. *cap.* 3. *Et Lucr.* 6.
2 *In* 4. *de Rep.* 3 *Cic.* 1. *off.*
4 *Oculos.* *Cic.* 3. *de Orat.*

O. S. C. S. R. E,





INDEX

IN COLLOQUIA VIVES

CUM VERSIONE HISPANICA, CURA
D. M. A. Domech ordinatus.

A.

A

BECEDARIA Tabela. La pa-
leta, que enseña à los
niños las primeras letras.

Abacus. El aparador.

Acapna ligna. Leña, que no humea;
tal es la que el Arga trahe à Pam-
plona.

Acerosus. Sin cribar, ni limpiar.

Acetosus. Avinagrado.

Acicu'a. El clavo de la evilla.

Adventorium prandium. Convite, ò
mesa (oy tabla) de bien venida.

Adventores. Los convidados.

M₂

Adf-

Adstricto, & laxo. Con ñudo, y lazada.

Adstrigmenta exarmata. Abugeta sin clavos, que llaman erretes.

Ædilis. El que cuida de lo Económico, y Político del Pueblo, ò Ciudad: v. g. el Regidor de Semana en Pamplona.

Æstuarium. La estufa.

Ahenum. La caldera.

Alexicacos. Guarda contra todo mal.

Alca. El juego de dados.

Alveolus. La mesa de Juego.

Amabo. Estimaré.

Amidum, vel amylum. El almidon.

Agonotheta. El Prefecto, ò primero.

Anaclinterium. El Catre para dormir.

Analecta. Las sobras de la mesa.

Ancon. El codo.

Assecta. El criado.

Angiportus. Calle sin salida, calleja cerrada.

Antilena. El pretal del pecho para bestias.

Antia, arum. El cabello, que sale sobre la frente, copete.

Antherum. La parte de debajo la barba: en los viejos el papo, ò pellejo, que les cuelga.

Apyrotum. La garrafa , ò cantim-
plora.

Aqualiculus , i. El vientre.

Aquilus. Color oscuro , bazo , pardo,
buriel.

Aquiminarium. Agua manil.

Architriclinus. Maestrelala , que cuida
de las viandas , que deben servir-
se à la mesa , ò el Refitolero.

Arieto. Topetar , como lo hacen los
carneros , quando juegan , ò riñen.

Armus. La elpalda.

Aromataria taberna. La especería.

Artolaganum. Fruta de farten.

Asturco. Caballo Español.

Assula. Estilla , pedacito de tabla.

Attalicus textus. Tela primorosa de
leda , como la usaba el Rey Attalo.

Autopyrus. Pan de arina sin cerner.

Axila. El sobaco.

Auxilla. Puchero.

Apage. Quita allá.

Aulicoëtia vervecina. Carnero cocido.

Acuminatus. Buntiagudo.

Aureas. Las correas del freno.

Æstuariis. En las estufas.

Ambitu. Con soborno.

Astu. Con astucia.

Argilla. Barro arcilla, así llamado.
Auctio, nis. La almoneda, ò subasta publica.

B.

B *Aliaricus, a, m.* Cosa de Mallorca.
Baculus. El baston; y en los naypes llaman bastos.

Batalarius. El Bachiller.

Batillum. La pala del fuego.

Baticus, a, m. Cosa de Andalucia.

Bibula. El papel, que se passa, lo mas ordinario.

Bombycina laevis. Tafetan, ò raso.

Bombycinum. Toda tela de seda, como terciopelo, tafetan, raso, &c.

Bombycini villosi intercisi. Terciopelo.

Bosimus nasus. Nariz roma, chata, desnarigada.

Brechma. La mollera.

Bubula salita. Cecina de Buey, ò Vaca.

Bucca, æ. La megilla, ò labio.

Bucella. La Baba, que baja à la barba.

Bucea. El bocado.

Bulimia. Hambre grande.

Brassicae. Berzas.

Buglosa hortensis. La borraja.

Bacillum. Palillo.

Braccas. Las bragas, ò ongarina.

Bractatus. Con frisos, fluecos, randas, alamares, ò qualquiera adorno, ò saynete del vestido.

Basaltis. De color de plomo.

Bissellium, i. Canape.

Burdegalensis. Cosa de Burdeos, Ciudad de Francia.

Bellarium, i. El postre.

Bucellatus, a, m. Cosa de leche, bizcochada, natilla, quajada, &c.

C.

C*Aproneus*, a, m. Cosa del corpete.

Cacabus. La caldera, ò caldero.

Calcitronem. Coccador.

Calantica. La toca, ò cofia.

Cantherio. En el rocin.

Capite censi. Escritores, ò Autores de poco mas, ò menos.

Capito, nis. Pescado de cabeza grande, que llaman Burnil.

Capripila. Vestido de chamelote, ò albornoz.

Caminus, i. El fuego, cocinilla, ò cañon de chiminea.

Capronei. El pelo de encima de la frente.

- Campe*, es, vel *Campa*, a. La dobladura del brazo.
- Capfax*. La aceytera, ò alcuza.
- Carduelis*. El Pajarito, que llaman Cardelina.
- Carchesium*. El frasco, botella, copa, vaso con asa, ò frasquera.
- Caryota*. El datil.
- Casearia*. La quesera, que hace quesos.
- Causea*. Guinalda, sombrero, ò capiruza.
- Cauzona*. La taberna.
- Cella penaria*. La despensa de manjares.
- Casius*, a, m. Cosa de color turquí, azulejo.
- Cervical*. La almohada larga.
- Cerdo*. Zapatero remendon.
- Charta emporetica*. Papel de estraza.
- Cicuris*, e. Cosa mansa.
- Charta bibula*. Papel de escribir.
- Charta*, naype. Papel, carta, ò libro.
- Chivomastrum*. La tohalla, ò servilleta.
- Crepitu digitorum*. Frase de desprecio, como quando triscando, se dice
No se me dà esto.
- Chytropus*. Olla con pies, y ornillo portatil.
- Cisterna*. El Algive de agua reposada.
- Ciba-

Cibarius panis. Pan ordinario, para la familia inferior.

Cillum, i. La pestaña del ojo.

Cibilla mensa. Mela redonda.

Cilia. Las cejas.

Cingulum. La oreja del zapato, ò cingulo.

Cinba. La barquilla para ir por el rio.

Cingulum coriaceum. El cinto de cuero, pretina, ò cinchon.

Cingulum puniceum ex lino. Ceñidor de ilo encarnado.

Cingulum textile. La vanda, ceñidor.

Cinctu gallico. A la francesa: esto es por debajo del ombligo.

Circulator. El que hace juegos de manos.

Cistella, vel *cistula*. La cestilla.

Cisterna. El pozo.

Clatrum, vel *clatrus*. La reja de puerta, ò ventana.

Clathrare. Cerrar con reja.

Clava. La maza de plata.

Clavarius. El Macero, que la lleva.

Classici authores. Los autores principales.

Clitelarium iumentum. Bestia de albarda, ò baste.

Cloaca. El albañal.

Coactilici calcei. Alpárgatas.

Coassatio. Entabladura , dispositiva,
proporcion de adorno.

Cochlides scala. Escalera de caracol,
es como la de campanario.

Codex. El Libro.

Codex exceptorius. El cartapacio , don-
de se copia algo.

Columellari forma. En figura larga , y
redonda de cuerpo.

Condylus. La juntura de los artejos.

Cœnaculum. Quarto , pieza de la casa.

Confriatus. Cosa desmenuzada , des-
leida.

Cœnaculariam. Sala arrendada.

Cenopeum. Pabellon de cama , hecho
de gasa , que llaman mosquetera.

Compendium , i. Ganancia , lucro.

Contignatio. Habitacion curiosa con
Cielo raso , y balcones.

Coriandrum , i. Anises , gragea.

Cerollarium. La añadidura de qualquie-
ra cosa.

Cremor. Leche de grano.

Crepido , nis. Falda , margen , ò raiz.

Crumenifecca. Cercena bolsas.

Crumerarius vicus. Habitacion , ò sitio
de los cambistas.

Crus-

Crustulatum, i. Empanada de toda especie.

Cucullio. El capucho, ò capilla, ò ò rodingot.

Cupedia, e. Golosina, confitura, almibar, &c.

Cucuma. La caldera, ò olla de dos assas, ò cazo.

Calcitra. La colcha.

Curio. Cura Parrocho.

Cyathum. El vaso pequeño.

Cydoniatum. La mermelada.

Cydoni Persicum. El melocoton.

Cymatium. La sobremesa, tapete, sobretodo.

Cervisia. Cerveza.

Clunes. La grupa.

Canthi. El clavazon de las ruedas.

Contis. Con barales, palos largos.

Conclavi. Quarto cerrado.

Cydoniatus, a, m. Cosa de mermelada.

Caula. El cañon de la pluma.

Crena. La raja en la pluma.

Cruscula. Piernecitas.

Cuspidibus. De las puntitas.

Carosis. Pesadèz.

Calceos cum crepidis longi obstraguli. Los borcegies, especie de Zapato griego.

go , ò tusco , que suben hasta la media pierna.

D.

D *Amascena vestis.* Vestido de damasco.

Decussatè. Con cabriolas , ò cruzados; sentarse uno en frente de otro.

Depleo , es. Vaciar.

Dies operarius. Dia de trabajo.

Diobolarius. Cosa de poco valor; tres. à la tarja.

Dominaſter. El que quiere hacer del Señor , mandarlo todo.

Diſſuale iumentum. Bestia de carga.

Dulciarium forum. La confiteria.

Duricoria ficus. El durazno.

Diploidem. Colchado.

Divaricatis. A dos lados.

Detritam. Usado , petachado.

Dilutius vinum. Vino chiquito, aguado.

Dare secundam mensam. Sacar los posres.

E.

E *Burneum.* De marfil.

Elementaria tabella. La paléta del a. b. c.

Ellychnium. La torcida , mecha , ò pavilo del candil , velon , ò vela.

Embammata. Toda especie de falsa , ò saynete de comida.

Encenia. Dedicacion de Iglesia.

Ephestris , & *epitogium*. La Moceta , que visten los Señores Obispos , y Doctores.

Epistomium. La nariz , pico , ò morro largo de la jarra , ò aguamanil.

Epitogium. El manto.

Ephippiarius equus. Caballo de silla.

Ephippium. La silla del caballo.

Epixinium. El picador , donde se pica la carne.

Equi meritorii. Caballos de alquiler.

Evigilare. Estar à la mira , velar.

Exenterare. Sacar las tripas.

Exfibulare. Soltar la evilla.

Exfungare. Despavilar la vela , velon , ò candil.

Equitum. De soldados de acaballo.

Equos herciarios. Las balandras , con vela.

Emporeticus , *a* , *m*. Cosa de papel ordinario.

Edentulos. Sin acrimonia , ò fatira.

Ephestris Doctoralis. Habito Doctoral.

F.

- F**aber clavilis. El Cerragero.
 Facere sponſionem. Apostar, hacer
 apuesta.
 Ferula. La palmatoria.
 Femoralia. Los calzones.
 Feminicruralia. Los calzoncillos.
 Fibula. La evilla.
 Ficus prodromus. La breba.
 Fistulosus caseus. Queso esponjoso.
 Fermentatus, a, m. Cosa de levadura.
 Flores. Las heces del vino.
 Fœneus, a, m. Cosa de heno.
 Focaceus panis. Pan cocido en el hogar.
 Focalis. El cuello.
 Folia luxoria. La baraja.
 Fœneus, a, m. Cosa de paja.
 Follis. Pelota de viento.
 Formatorium. El taller.
 Fornicatus. Cosa arqueada.
 Forum olitorium. Puesto, ò donde se
 vende la hortaliza.
 Focus, i. El hogar.
 Forule. Estante de libros.
 Frustum. El pedazo de alguna cosa.
 Fructuarium forum. La plaza de la
 fruta; ò sitio donde se vende.

Fagiens vinum. Vino, que se torna,
vuelve, ò muda.

Furcinula. La espaviladera.

Fulcrum. El carreton, ò armadura
de cama, como pies, ò sus co-
lunas.

Eumale. El camino, afsi dicho, y
la chimenea.

Foculum mensarium. La chafeta.

Funambulus. Vago, ocioso.

Furfuribus. De limaduras, polvos de
salvadera.

Falernum. El mejor vino de Italia
llamado falerno.

Fustadicam. De cotonina.

Fuci. Zanganos.

Facere coenaculariam. Servir de meson.

Figlina. Cosa de barro, es sincopa de
figulina.

Physiognomon. Fisonomico, el que en-
tiende de fisionomia.

G.

G*Abata.* Escudilla grande.

G*Gallicæ.* Chinelas.

Ganeo. El goloso, gloton, borracho.

Gemino adstricto. Con dos nudos.

Glabella. El espacio, que ay entre
ceja, y ceja.

Glab-

- Glandula*. La parte baja de la oreja.
Glaucus, *a*, *m*. Cosa de color garzo.
Globuli. Los botones.
Glutinator Librarius. Librero de pasta.
Gobius, *i*. Genero de pescado llamado gobio.
Graphis. El diseño, modelo, ò dibujo.
Gutturnium. Jarra de nariz larga, y estrecha, como el Porron catalana.
Guttus. Aceytera, ò vinagrera.
Gingivis. Las encias.
Gossipium. El algodón.
Gnomone. En el quadrante solar.
Gena, *a*. El carrillo, ò megilla.
Glabellia, *a*. La entreceja.

H.

- H**esta. Vegiga, que se levanta en el pan, al cocer.
Helveti vini. Vino chiquito, clarete, chacolin.
Hippax. Queso de yegua.
Hirquus. La legaña de los ojos.
Holofericus, *a*, *m*. Todo de seda.
Holobryzos. Todo de oro purissimo.
Holobryzus, *a*, *m*. Todo de oro.
Holofericus. Terciopelo.
Hircus, *i*. El lagrimal del ojo.

- Hypocaustum*. La estufa.
Hara, æ. La Zaurda.
Helcia. Los tirantes.
Humens, tis. Cosa humeda, balan-
 dras con vela.
Helciarias equas. Caballos de carro.
Hieratica. Sagrado, dedicado à cosas
 sagradas.
Hydrias. Toda especie de vasija sin
 fregar : ò empolvada.
Hypetra, æ. Mela à campo raso.

R.

- I***mpluvium*. El patio.
Incisura. Las rayas de las manos.
Index. El naype de muestra.
Ingluvies. Glotoneria.
Innitere hoc ulmo. Sentarse al pie del
 arbol, ò sobre sus raices.
Internodium. El espacio, que ay en
 los dedos de un artejo à otro.
Interula. La camisola, camisa, almilla.
Intritura. Guisado de cosa desmenu-
 zada.
Iugale iumentum. Caballo de carreta.
Iuguli. Los nervios, que atan la gar-
 ganta al pecho.
Intritum. Almodroque, especie de
 salsa molida.

Inf.

Insternere mensam. Poner mantel à la mesa.

Ius, ris. El caldo de carne, ò pescado.

Iunctis cruribus. A un lado.

Intubus, i. La escarola.

L.

L *Abrum.* El barreño, ò gamella.

L *Larida.* Torrezno.

Lacerna. Capa de camino, gaban.

Lacunar. El gabinete.

Laminula. Migajas, estillas.

Lances. Los platos.

Lapatum, i. Romaza hierba, para salsa.

Luculentus, a, m. Cosa lucida.

Lararium. El oratorio.

Lar. El hogar.

Laminula, æ. Pedacito, ò migaja.

Lemma. El asunto, ò thema.

Lentor, is. Falta, defabrimiento.

Leucophagum, ò Leucopheum. El manjar blanco.

Libus. Tortilla.

Ligula adstrictorie. Las ligas de pretina.

Librarius. El amanuense, ò el que escribe libros.

Ligula sericea. Las ligas de seda.

Ligula. La oreja del zapato, la cinta, liga, ò espatula.

Lingulae devictoriae castrenses. El vericu.

Limbus. El adorno de qualquiera vestido, como alamar, galon, franja, ò bordado.

Linteum. La tohalla.

Lupus. El Cabillon pescado.

Lychnus, i. Candil, ò velon.

Lychnus. El velador, donde se pone la luz.

Lurcacitas. Golosina.

Lusciosus. Corto de vista.

Lingneus. De box.

Lupini. Altramuces.

Lictorem. El verdugo.

Lunam silentem. Luna nueva.

Lupatum. Bocado fuerte, freno tirante.

Lituras. borrones.

Lapideo. Empedrada.

Loculamento. Cajon, ò estante.

Librarius. El Librero.

Lucius, i. El Sollo pescado.

Loripes, dis. El garroso, patituerto.

M.

- M** *Acellum*. El Mercado.
Mayalis. El Marzal, puerco castrado.
Malluvium. La parangana.
Malluvias. La agua despues de labarse.
Mandibula. Las quijadas.
Manica. La manga.
Matula. El orinal.
Mentha. Yerba buena.
Mena. Cierta pescado à manera de refugio.
Mentum, i. La barba.
Militaris vicus. La calle de correr caballos en Valencia.
Missus. El cubierto, que se sirve à la mesa, servicio de las viandas.
Myxus. El algodón, mecha, o pavillo de toda luz.
Moschus, a, m. Cosa de olor suavísimo.
Mulio. El arriero.
Mantile. La servilleta, ò tohalla.
Missus, us, ui. La entrada de platos à la mesa.
Mussito, as. Hablar entredientes.
Morbus articularis. Mal de gota.

Mapo

Mappa. El mantel.

Manno. A la aca.

Muscario. La escobilla.

Metallicida. Destruye metales.

Mala, *a.* El carrillo.

Mimus, *i.* El entremès, ò cosa de chanza.

N.

N*odus Laxus geminus.* La lazada, ò roseta.

Nodus digitorum. Los artejos de los dedos de las manos.

Nudius tertius. Ha tres dias : *quartus*, quatro, &c. *componitur nudius à nunc & dies.*

Numus Tironensis. Libra Tournesa, algunos maravedis menos, que peseta.

Naulo. El flete.

O.

O*bservator.* La espia, ò el que acusa.

Obstragulum. Zapato-botin, que sube hasta media pierna.

Ocelli. Los ojaes.

Ocreæ urbanae. Borceguies, Polaynas de casa.

Ocreæ

- Ocreæ itinerariæ*. Botas de camino.
Oenopolium. La bodega de vino.
Offendix. El lazo de la gorra, ò monterilla.
Omphacium. El agràz
Oluscularia mulier. La hortelana, que vende hortaliza.
Orbiculi. Los botones, ogetes, ò corchetas.
Oxyporum. Salsa de vinagre.
Occipicium. El cogote.
Orbis. El agedrèz, ò platos.
Oriza. El arroz.
Omphacium. Agraz.
Obnubilatus, a, m. Cosa manchada.
Ocreati. Con botas de camino.
Orea. La barbada del freno.
Onocentrum. Aviva asnos.
Offa, æ. La sopa.
Oenoferum, i. Frasquera, ò frasco, para vino.
Obscoeno die. Carnefolendas.

P.

- P***Alla*. La capa, ò ropa de encima.
Palpebra. El parpado del ojo.
Partbenon. El quarto habitacion de las doncellas.

Pec-

Pectorale tunicae. El ajustador, ò armador.

Pectorale. Delanteras de jubòn.

Penulati. Con gabardinas, ò capas de albornòz.

Peniculus. Los algodones del tintero.

Perfunctorie. Sumariamente, como de passo.

Pensum. La tarea.

Peripetasma. El sobrecielo de la cama, ò cortinas de ella,

Pileus. El sombrero, bonete, ò montera.

Peristroma. Sobrecama.

Petrofelinus. Peregil.

Persica præcocea. Brebas.

Pisa. Arbeja, genero de legumbres.

Pharmacopolium. La especeria.

Phylura. La hoja de papel, ò estraza, ò de otra cosa.

Phrontisterion. La escuela.

Pileum clavatum. Sombrero de tres picos.

Pollintor. El hornero, ò panadero.

Pollubrum. La palangana, para labar las manos.

Pollucibilia. Sumptuosos, magnificos.

Popino. El goloto, gloton, borracho.

Poptes. La rodilla de la pierna.

Portulaca. Berdolaga.

Postilena. El pretal, ò gurupera.

Planis. Vagos, vagamundos.

Præfectus urbis. El superior de el Pueblo : en Pamplona el Virrey.

Prætor Capitalis. Alcalde de Corte.

Prodromi ficus. Peritas cermañas.

Proletarii. La gente comun, el populacho.

Promptuarium. La despenfa.

Propola. Revendedor, en Pamplona recarderas.

Primnesium. El timon, el gobernalle.

Ptisana. Bebida de ordio, qualquiera infusion de granos : ò todo genero de pastas.

Puniceus, a, m. Color encarnado.

Puer amanuensis. El escribiente, amanuense.

Pulvinus. La almohada.

Pultarius. Escudilla.

Pultes. Legumbre, de qualquiera genero, que sea.

Pluteum. El Atril.

Pyrolabe pruniceps. Las tenazas, ò pala del fuego.

Periscelides. Las Ligas de qualquiera genero, que sean.

- Peronibus.* Con perros.
Petaurista. Correcalles.
Prandium adventorium. Comida , à
 banquete de bien venida.
Pullus. Potro.
Pingere. Escribir con primor.
Phy. Fui , *interiectio aspernantis.*
Pomerium. Camino pegado à las mu-
 rallas interiores.
Pruna cereola. Ciruelas de Frayle.
Pussio. Niño.
Pistillus , *i.* La mano de almirèz.
Phiala , *æ.* Copa.
Patera , *æ.* Vaso.
Pistrinum , *i.* Thaona , ò molino.
Putus , *a* , *m.* Sin mezcla.
Passeris. Pescado especial , que lla-
 man Rodaballo.
Phiala fictilis. El Jarro de barro.
Pupula , *æ.* La niña de los ojos.

Q.

- Q**uasi de capite agatur. Como si
 corriera peligro la vida.
Quasillus , *aut quasillum.* El ca-
 nastillo , ò cesta.
Querquedula. La gallineta, ave aquatil.

Quo cervi cornua. A donde no parezcan.

Quadrata. Las cucharas, fuentes, o medias fuentes.

R.

R *Adiis varioribus.* Con lo claro del peyne, o con elcaupidor.

Ratis densioribus. Con lo cerrado del peyne.

Rhythmus. La consonancia.

Recalvaster. Calvo.

Rombulus, i figura quadrada: sirve para el naype francés.

Rape. Navos.

Rugato. Bordado, colchado.

Reticulum. La redecilla, o pala de cuerdas, llamada raqueta.

Repagulum. La tranca, o palanca.

Rhapsoein. Coleccion de piezas, o especies centonas, o comunes.

Refractarius, a, m. cola inquieta.

S.

S *Alimentum.* Pescado salado.

Sandaracasus. Enbernizado.

Sant

- Sanna.* La mofa, ò burla.
Saperda. Sabio.
Scabello. En el escaño.
Scalecollides. Escala de caracol.
Scalpetto. El cuchillo, ò tajapluma.
Schedion. La original, sin reverse.
Scaphis. De servicios.
Scirpus indicus. El baston de junco,
 ò caña.
Scrobiculus. El hoyo pequeño, que
 llaman broch.
Sextertius, i. El real de plata.
Secundarius panis. Pan comun, el de
 la familia.
Sedilia. Sillas para sentarse.
Segmentatus. Cosa adornada con em-
 butidos, relieves, &c.
Signa. Imágenes, ò retratos.
Sella reclinatoria. Silla poltrona.
Sericum, gausapinum. Tercropelo largo.
Scribita, e. Rolquilla, ò toruta con
 aainete.
Setaceus panis. Pan del mas ordina-
 rio & valator.
Siletum. El almuerzo.
Sila. Hombre romo.
Sinu. De la humedad musida, ò ca-
 nucida.

- Suma.* Planta, en el empeyne.
- Similago.* La flor de harina, que llaman femola.
- Sinus.* El seno, amparo, ò ayuda.
- Semiculus,* i. El algodón del tintero, pelocres.
- Solea.* El lenguado, pescado regalado.
- Sodes, id est si audes.* Si te atreves.
- Spathalinum.* Racimo de datiles.
- Spensicius panis.* Pan tierno.
- Sphaeristerium.* El juego de pelota.
- Sphaerula.* La pelota.
- Scopa.* La escoba.
- Structor.* El que trincha en la mesa.
- Strangulatoria.* Que estragan.
- Strues.* Monton de leña.
- Stipitem.* Tonto, necio.
- Strutbionice.* Como abestruz.
- Stapeda.* Estribo, cimientto.
- Subucula recens.* Camisa nueva, ò limpia.
- Succussator.* Caballo troton.
- Sudariolum.* El pañuelo.
- Suffio.* Sahumar, poner olor.
- Sufflaminari.* Calzar la rueda, ponerle el clavazon.
- Scurra, &c.* El truan, zumbon.

Sulphurata. Pajuelas de azufre, para encender el fuego.

Saginarium. Lugar de engordar.

Scrupos. Las peñas.

Seyphus. El vaso, para beber.

Silentem lunam. Luna nueva.

Scarifico. Maltratar, rozar.

Scirpos. Los juncos de indias, que sirven de baston.

Sarracum. Carro.

Scapham. Esquife, genero de barco, para ir por agua.

Stylis. Con punteros de yerro.

Sabulo. De arena.

Sallos. Graciosos.

Strenue. Adrede, con cuidado.

Supercilii. Sobrecejo, saña, enfado.

Speculares fenestrae. Ventas de vidre-
ras, ò christales.

Storiis. Con esteras.

Stragulum. Sobrecama.

Salicetum, i. Sauzal, lugar de Sauces.

Suppedaneus, a, m. Cosa de alfom-
bra.

Sella plicatilis. Silla con goznes, que se pliega, ò dobla.

Spensiciens, a, m. Cosa facil de cocer.

Spensiciens panis. Pan cocido à prissa.

esto es, quemado por fuera, y
sin cocer por dentro.

Prodromus ficus. La breba.

Sternacem. Falso, flojo.

Suferus, i. Moneda francesa el Sos,
que equivale à nueve maravedis
de Navarra, poco mas.

Supercilium, i. Sobrecejo.

T.

T *Aberna coctilia*. Horno de secar
leña.

Theca pulveraria. La salvadera.

Talitrum. El papirote.

Tessellatus. Bordado, dibujado, pin-
tado, charolado.

Testaceum. Dura, de barro cocido.

Talis. La taba.

Tympana. Los azafates de carton,
mimbres, ò otra materia.

Typhaceum. Pan de centeno.

Temonem. La lanza de la calefa, car-
ro, ò coche.

Testudo, is. La vihuela, ò guitarra.

Tibialia. Las medias.

Tunicam. La chupa.

Tintinnabulo. Con la aldabada.

Tenulis. De bacines.

Tibicinis. Con pies.
Titionem. Leño.
Tudiculam. Cucharon.
Tyrocnesti. Tajo, medialuna, picador.
Tragemata. Postres dulces.
Triclinium. Tinelo, refitorio, quarto
 para comer.
Trocho. Al trompon.
Tunica manicata. La ropilla con man-
 gas.
Turunda. La sopa, ogita de pan.
Tucetum. Salchicha.
Turma. Esquadron.
Torquatus. Con cadena.
Torcumata. Cosa tallada, feligranada.
Treces, ls. El vaso redondo.
Tempora. Las sienes.

V.

V *Appa.* Floxo, insipido, de po-
 co discurso, o sustancia.
Vestibulum. El zaguan.
Vervecina aulicoctia. Carnero cocido.
Vextex. La cabeza, o copete de ella.
Verna. Los asadores.
Uceolus. El aguamanil.
Versuras. Mohatras, usuras.
Vasia. Garroso.